

2117

/ Illustrissime Card.

Incredibile desiderium quo flagras videndi omnes fideles et maxime eos qui in tua ditione et protectione sunt, animo pacatioris et tranquilliori Deum collaudare: me hodie compulit, ut opem et  
5 benignitatem tuam implorarem, ut eam gratiam mihi non denegares, quam quibusdam ex nostris concessisti. scilicet ut nobis adempta omni spe unquam videndi devotionem augeri et florere apud nos, licentiam in ordinem carthusianorum a quibus alias receptus fui, ingrediendi per te consequar; hunc ordinem invitatus reliqui, dum ad  
10 nostrum praecibus patrum nostrorum redire impulsus sum: quod tibi Illustrissimus Cardinalis Ubaldinus testificari potuit, cum enim prior Carthusiae qui me receperat adiit, ei supplicaturus ut sua autoritate in eorum ordinem admitterer. Haec est mea prima habitatio, ille locus est, ubi in perpetuum deum orabo, Illustr. Card.  
15 ut det tibi diu vivere foeliciter in terris, et foelicissime in coelis. Tuus humillimus et obsequentissimus Orator frater Jacobus Reginaldus Coelestinus immeritus.

Ex Monasterio nostro parisiensi, die Junii decima septima, anno salutis 1619.

20 Illustrissimo ac Rev/mo D. D. meo colendissimo D. Cardinali Bellarmino. Romae.